Kazimirus Dei gracia Rex Polonie ac Magnus Dux Lithuanie Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit
universis. Quomodo sinceritas et munimenta providorum nostrorum Sandecz civium vidimus et conspeximus quibus ipsi a pre-
decessoribus nostris et eo Serenissimo Genitore nostro carissimo Regibus Polonie super libertate Theolonei per universum Polonie
Regnum prefatum racione ipsorum dignorum et iustorum meritorum sunt soluti. Nos insuper eorum ut dicitur civium atten-
sinceritatis animum pendentes quos ipsi antecessoribus nostris Polonie Regibus prestiterunt et exhibuere ipsos parimodo a qua-
vis Theolonei solucione presencium pro nostra spectat persona absolvimus et liberamus. Quocirca vobis omnibus et singulis
Capitaneis vicecapitaneis Burgrabiis Tenutariis procuratoribus viceprocuratoribus Magistrocivium Consulibus Advocatis viceadvocatis
Theolonariis poncium naulorum passuum carcerum vel custodibus et eorum vicesgerentibus committimus et mandamus omnino here-
volentes. Quatenus dum et quociens ipsos cives prenominatos per totum Regnum cum mercimoniis quibuscunque generis vel speciei fuerint
contingat proficisci. Nullam in eis et quempiam ipsorum pretextu Theolonei, vim quantum pro nostra concernit persona, solucionem
exigere debeatis. Secus pro gratia nostra facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum.
Datum Cracovie feria quarta post festum Sancti Johannis Baptiste proxima Anno domini a Nativitate M° CCCC° L
octavo

Ad relacionem magnifici Petri de Szczekoczini
Regni Polonie Vicecancellarii

1896. III. 59

No. CL

Super libertate theoloneorum regni ...

A. 1448

5.

22

18 marca Sandecz

Lr̃e ... Casimiri Regis Polonie super libertate ... theoloneis per ... regnum Polonie ... data ... quarta ... 1448

E

Sandecz

1448

No. 34